

cessa facultas, omni jure, præcipue naturali, liberandi vi oppressos, & tollendi violentias extrajudicialiter, debet illi concedi, & permitti omne quod ad illius expositionem, executionem & perfectionem est necessaria intra limites protectionis naturalis, & juxta naturam principalis concessionis, cui includitur ex prædictis, quia aliàs supervacanea, & frustratoria esset, & de vento serviret cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ cognitio si debitum non haberet exitum, & necessario careret effectu; nam, ut inquit Philosoph. qui dat formam, dat ea quæ consequuntur ad ipsam, maxime ut quia pulchre inquit Suarez lib. 3. de primatu Summi Pontif. cap. 1. num. 4. in fin. quod humana natura non potest esse destituta remediis ad sui conservationem necessariis, & cum prædictus modus executionis decretum, & violentiæ tollendæ sit ultimum remedium; magis contentum intra limites naturalis, & extrajudicialis defensionis, quod pro suo objecto, & sine habet defensionem vi oppressorum provenientem ex visceribus juris naturalis; debet haberi probo, quia ex bono fine bona præordinatio præsumitur l. si quis, C. 299 de adult. Felin. in c. 1. c. 14. de præsumptis. Ruin. cons. 1. cum seqq. volum. 5. Nell. tractatu de bannit. 2. part. 2. c. 1. quæst. 1. 3. Ill. cons. 20. col. fin. & consil. 86. colum. 1. volum. 3. Alexand. consil. 111. volum. 1. Cravet. cons. 4. n. 15. Mar. Anton. Marcerat. varia. resolut. lib. 3. resolut. 19. num. 11. & 12. qui adducunt bona exemplaria: itaque necessario fatendum est ad consequendum illum finem, exercitium dictæ cognitionis permissæ inter clericos, ut Princeps possit exercere omne necessarium, sine quo regalis protectio & vi oppressorum defensio redderetur inutilis, & frustratoria.

300 Unum tamen tolerare non possunt quod Cevallos (quem post hæc scripta vidi) in tractatu de cogni. per viam viol. gl. 18. sub n. 148. versiculo nec obstat decimum argum. ubi excedendo limites Bullæ in Cæna Domini: dixit, quod in hac cognitione nullus actus jurisdictionis exercetur, sed merus actus defensionis, & licet (inquit ille) esset necessarius actus jurisdictionis possent Senatores Regii illos exercere, si aliter articulus violentiæ non posset experiri: horribile verbum, quod absit à nobis & penitus delendum, qui quidem evidenter convincitur.

301 Etenim defensio, & protectio regalis in nullo alio consistit, quam in delatione, & repositione attentati, quia in iis etiam consistit violentia, quæ quidem omnino sunt necessaria immediatè ad tollendam illam vim illatam, ut constat ex nostra l. Regia, vel etiam quando conditionaliter apponitur aliquid ad faciendum per eundem judicem, per quod violentia tollitur, vel in decreto conditionali, de quo supra, (quod tertium genus vocamus) & tamen, cum id pertineat judici Ecclesiastico, non se in illud intromittit Princeps, imò ad illud reponendum eidem judici Ecclesiastico remittit, ne videatur jurisdictionem Ecclesiasticam usurpare, ut probat nostra l. Regia, & hætenus latè diximus, & communiter practicamus, ergo Princeps secularis uti non poterit jurisdictione in clericos, etiam si de necessitate finis, sit necessaria ad tollendam violentiam.

302 Quod & in tantum procedit, nam etiam si violentia non remaneat sublata, sed imò subsistat, tolli non potest directò, per ipsum Principem facta, scilicet, per eum revocatione, & delatione appellationis, quod evidenter probo. Etenim si judex Ecclesiasticus ad eò protervus sit, & inobediens Regiæ provisioni, ut nec à violentia desistere velit, nec reponere, & deferre, licet Princeps supremum temporalis vindicet ejus inobedientiam, judicem expellendo à suis ditionibus (ut hætenus vidimus) tamen quamvis judex Ecclesiasticus nolit tollere violentiam, ipse Princeps ad illam tollendam, deferendo, & reponendo, non se intromittit, ut hætenus evidenter vidimus; quia nolit, nec potest Ecclesiasticam

potestatem usurpare, etiam si violentia non tollatur, ergo licet ad tollendam violentiam sit necessaria jurisdictionis, ea inter clericos ut non poterit Princeps temporalis.

Deinde quia si doctrina Ceval. (quod absit) vera fuisset, omnia, quæ à Doctoribus dicta sunt in expositionem Bullæ in Cæna Domini, Concilii Tridentini, & Rotæ decisionum, de quibus amplissimè supra, cap. 1. in responsione ad 1. 2. & 3. argum. sub versa, & falla forent; si quidem Doctores omnes respondent, procedere in hac extrajudiciali cognitione; & absque jurisdictione, habere tamen locum, quando in ea excederetur modus, utendo, & procedendo jurisdictionaliter, de quo, & nos etiam copiosè supra hoc cap. a princ. ergo fatendum est, ut si articulus violentiæ jurisdictione indigeat, ad ejus expeditionem, & rectum finem, ea uti non posset, nec nollet Princeps, maxime quia illi permixta est cognitio rei: quæ nec ex forma, nec ex subjecta materia jurisdictionem appetit, nec eget, & ita tenendum.

Quæ autem in hoc casu dicantur temporalitates clericorum, ut eorum proterviam, & inobedientiam possint occupari, an mobilia, & utensilia domus, an fructus præbendarum comprehendantur, & de aliis vide Guillelm. Benedict. in cap. Raynut. verb. & uxorem nomine Adela. a n. 332. cum pluribus seqq. Flores de Men. variar. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. n. 2. 5. Azved. in l. 1. per tot. tit. 5. lib. 1. recopilat. Joseph. Sese tract. de inbib. c. 9. §. 1. num. 22.

In his tamen executione procedunt, caveant, ne in censuram Bullæ labantur, quod facile facere possunt, quia quantum materia hæc periculum contineat, nemo ignoret, in illum errore ne incidant, excedendo legitimos, ac permisos nudæ defensionis modos, cuncta tractantes cum moderamine inculpatæ tutelæ, attento animo, nimia præmeditatione, ac modestissima consideratione, quantum gravitas, & periculum rei exigit, prout etiam prudenter advertit Sese de inbibitio. c. 8. §. 3. num. 104. & Bobadil. in Polit. lib. 2. c. 18. n. 69.

§. I.

Per delationem, atque repositionem, an, & quemadmodum Regiæ provisioni judicem Ecclesiasticum satisfecisse dicetur, & quid si semel repositum revocaverit.

SUMMARIUM.

- 1 Reponere tenetur judex Ecclesiasticus virtute decreti Senatus inserti in provisione Regiæ, omnia attentata post appellationem & intra terminum ad appellandum, & omnia compellere ad unguem.
- 2 Reponere se, & deferre si respondeat judex provisioni Regiæ; an dicatur satisfecisse.
- 3 Reponere verbaliter, cum actus revocatione sufficiat, si attentum sit verbale.
- 4 Repositio cum effectu requiritur, quando attentatum consistit in facto, quia non sufficiat tunc verbalis.
- 5 Verba provisionis Regiæ debent intelligi cum effectu respectu provisionis.
- 6 Sententia judicis, & verbalis jussio non tollit, nec tradit possessionem, sed actualis executio requiritur.
- 7 Possessio, qua consistit in facto, non transfertur ex sententia actualiter non executâ, cum non transeat dominium consistens in jure.
- 8 Facto ubi opus est, verba non sufficiunt.

- 9 Factum ubi lex requirit, & actuale redditionem, non statim assertio.
- 10 Verbo (demissione) debent intelligi cum effectu.
- 11 Reponere cum effectu, si judex recuset, datur oppresso sobre carta, ut adimpleat provisionem cum effectu.
- 12 Casus de facto mirabilis refertur.
- 13 Reponat si judex in parte, partim vero non, an provisioni Regiæ satisfecisse dicatur.
- 14 Factum non dicitur, ubi aliquid remanet faciendum.
- 15 Repositio non dicitur attentatum, si propositio non fiat in pristinum statumque ad unum nummum.
- 16 Repositio semel cum effectu vigore provisionis Regiæ, si iterum judex revocet an nova appellatio & novus recursus sit necessarius, an verè sufficiat secunda jussio.
- 17 Repositionem si incontinenti revocet judex ipse, secunda jussio sufficiat, hoc est, sobre carta.
- 18 Factum non dicitur, quod non durat factum.
- 19 Executione semel facta si res iterum auferatur, potest idè executor ejusdem sententia virtute rem restituere.
- 20 Defensio non sufficit si defensio non durat.
- 21 Repositionis revocatio si proveniat à novo articulo incidenti in discussum litis, secunda jussio denegatur in Senatu, quia nova appellatio, & recursus opus est.
- 22 Reponere an debeat indistinctè judex Ecclesiasticus vigore Regiæ provisionis omnia à se gesta post appellationem, etiam quæ aliàs sibi licebat facere ea pendente, & deferente.
- 23 Cognitio per viam violentia fuit inducta, ne judex Ecclesiasticus aliquem violenter vexet contra jus.
- 24 Princeps in tollenda vi juris est minister, & sic non potest judicem adstringere, ut reponat, quod secundum jus fecit.
- 25 Recursus ad Regem limitatus est ad solam violentiam, quam adesse est impossibile, ubi jure proceditur.
- 26 Recursus Regis non potest plus operari, quam inhibitio Canonica è superiori emanata.
- 27 Recursus ad Regem nunquam causat attentatum.
- 28 Recursus Regis dirigitur ad juramentum jurisdictionum superioris, ut nihil in ejus præjudicium intèrim contra jus fiat.
- 29 Inhibitio Canonica non inficit, nec impedit, qua jure mittente, judex inferior facere potest appellationem pendente.
- 30 Inhibitio operatur in his que sunt contra jus, & appellationem.
- 31 Judex inferior qua gerere potest appellationem pendente remissive.
- 32 Provisio Regiæ, si sub repositione comprehenderet licitè gesta per judicem Ecclesiasticum, vinculum iniquitatis, præsidium innocentie diceretur.
- 33 Verba quantumcumque præcisa recipiunt interpretationem de jure.
- 34 Et ad terminos sua potestatis restringuntur.
- 35 Verba generalia restringuntur, ut absurdum evitetur.
- 36 Verba sententia impropriantur, ut ad juris intellectum, & reducuntur.
- 37 Principis voluntas talis præsumitur, qualis scripta naturalis rationis.
- 38 Verba provisionis Regiæ debent recipere interpretationem de jure, ne limites protectionis naturalis, & sua potestatis excedant.
- 39 Verbum respiciens plura determinabilia, ea determinat, prout uniuscujusque natura convenit.
- 40 Determinatio una respiciens plura determinabilia pariformiter tunc determinat, si in omnibus eadem sit ratio determinandi.
- 41 Provisione Regiæ intimata, an judex Ecclesiasticus possit taxare expensas contentas in sententia, à qua est appellatum.
- 42 Jussio secunda dicta sobre carta, deneganda erit in iis, que judex poterat appellatione pendente licite facere.

Salgado de protect. Reg.

43 Reponere tenetur etiam judex, vigore Regiæ provisionis censuras, & absolvere, quod non repugnat dispositioni Concilii Tridentini.

44 Absolutio quando data dicatur cum effectu, & an per procuratorem, aut litera sufficiat, & an censura aliter quam per absolutionem tolli possint.

45 Absolutio ad reincidentiam ad tempus potest dari.

46 Absolutus ad reincidentiam virtute provisionis, de ruego; per sexaginta dies, si intra illos decretum violentie detur, an illis transactis absolutione egeat.

47 Absolutus ad reincidentiam per sexaginta dies si violentiam adesse ob non delatam appellationem declaratur intra illud tempus, nova absolutione indiget.

48 Superior etiam si revocet gesta ab inferiori, vel ipse excommunicatum absolvit, vel re mittit inferiori absolutionem.

49 Absolutus per sexaginta dies virtute querela laicorum, an si vim fieri intra illos sit decretum, termino transacto indigeat nova absolutione.

50 Absolutus per tempus ad reincidentiam, si intra illud solvere non potuit, an eo transacto incidat in censuras.

51 Provisioni Regiæ quoties judex non satisfecerit cum effectu, integrè reponendo semper in Senatu, secunda jussio, hoc est sobre carta, conceditur.

52 Cognitio violentia, & protectio naturalis tantum durat quantum ipsa violentia.

SI autem judex Ecclesiasticus (prout protinus tenetur) regis provisionibus obtemperat, sciat omnia, prout in decreto dictæ provisionis scripta sunt, complere tenetur, scilicet, deferre, & reponere omnia attentata, & gesta post appellationem emissam, vel intra terminum, quo potuit interponi, juxta c. non solum, de appell. l. 6. cum concord. absolvendoque excommunicatos, censuras, ac interdicta levare, de quibus in hoc §. 1. videndum erit.

Et in primis unum valde utile animadvertam, an judex Ecclesiasticus, qui statim provisioni Regiæ sibi intimata respndet, seu etiam postmodum per suam interloquutoriam, quod refert appellationi, atque omnia gesta post eam, &c. prout in provisione jubetur, reponis, satisfecisse, dicatur provisioni præfatæ, prout affirmativè videtur evidenter.

Sed advertet, quod multi ignari litigantes, & advocati in hoc in dies decipiuntur, quare in hoc distinguendum est, nam ut attentatum est verbale; putà, quia post appellationem legitimam processit ad aliquem actum judicalem, assignando terminum, admittendo scripturas, vel probationem causæ principalis, testes, aut eorum repullas, aut aliquam sententiam interloquutoriam, vel diffinitivam proferendo, aut alia similia, tunc verbalis repositio sufficiat, & eorum revocatio; qui nihil tam naturale est, quam eodem modo quodque dissolvi, quo colligatum est; aut attentatum non consistit solum in verbis, sed etiam in acto, putà, quia ad executionem de facto processit, tradendo possessionem beneficii, aut alterius rei actualiter alicui, sive vacuum, sive ab altero occupatam, quem violenter spoliavit, ut alteri traderet in executionem suæ sententiæ; & tunc non sufficit verbalis repositio; sed omnino debet fieri cum effectu: hic est text. mirabilis in cap. si à judice 10. ibi & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, de appella. c. 1. de eo qui mittitur in poss. caus. rei ser. cap. ad Apostolica, versiculo eratque parata, de sentent. & rejudi. lib. 6. unde, dicit gloss. mirabilis in d. cap. si à judice, verb. cum effectu, quod si gravamen fuit verbale, revocatio sufficit verbalis, ubi ad hoc allegat ibi Archid. & Joan. Andr. quare judex debet ad actuale suæ interloquutionis executionem procedere quia verba ejus, & provisiones Regiæ debent intelligi præcisè, & cum effectu, l. 1. §. hac autè verba, ff. quod quisque jur. l. si per alios, §. de



ere, ff. ne quis cum, qui in jus vocat, cap. relatum, de cler. non residen. Decius conf. 385. col. penult. versic. iis tamen non obstant. idem Decius, & Curtius Jun. in d. §. hac autem, verb. latè Decius conf. 14. num. 31. Petr. Surd. decis. 303. num. 5. Tiraquell. in repet. l. boves. §. hoc sermone, limin. 6. n. 4. Card. Tusc. practi. conclus. litera V. concl. 9. per totam & n. 13. & 17.

6 Et quia per verbalem repositionem nec redditur possessio vi oppresso, nec admittitur à detentatore, quia sola sententia iudicis, & ejus verbalis jussio nec tradit, nec aufert possessionem, nisi actualis traditio, & executio subsequatur, gl. in §. fin. institu. de off. jud. latè Anton. Gomez. an l. 40. Tauri, num. 24. Aviles in c. 1. preto. gloss. verb. à las partes, pulchrè etiam Joan. Garcias tract. de nobilit. gloss. 7. §. 1. à n. 3. dicentes actualem sententia executionem, quæ sit per rei actualem traditionem, esse necessarium, ex l. 1. Cod. de execut. rei jud. l. ab executione, C. quorum appell. non recipit l. is cui, §. missus, ff. ut in poss. legat. Doctores in l. miles §. qui iudicati, ff. de re iudica. l. qui restituer. ibi, manu militari, de rei vindicat. l. traditionibus, ff. de pract. iuncta l. quemadmodum, ff. de acquir. vel amit. possessione, & si ex sententia iudicis non transferatur dominum, quod consistit in jure, ut probant latè Doctores citati & Joan. Garc. & num. 1. multò minùs transferatur possessio, non sequuta actualem executionem quæ consistit in facto, text. optimus in l. cum heredes, ff. de acquir. poss. & l. traditionibus.

8 Ergo per actualem executionem, non autem verbalem repositionem in iis satisfiet Regia provisioni, quia ubi facto opus est, verba non sufficiunt, l. qui decem, §. 1. versiculo idem responsum, ff. de solutio. l. au. prator, §. si quis, ff. de novi oper. nuntia. alia plura in comprobationem adducit Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 20. sub n. 6. fo. mibi 9 131. Roland. à Valle conf. 49. n. 52. vol. 1. qui ex hoc dicit n. 10. quod quando lex requirit factum, & actualem repositionem, non statuerit assertioni, per text. in l. si forte, ff. de castrens. peculio, & Cardin. Tusc. practi. concl. 99.

10 n. 13. 17. ubi verba (demissione) debeant intelligi cum effectu, quare si cum effectu non reponat iudex recurret oppressus ad Sanatum Regium & sibi datur secunda jussio (dicta sobre carta) ut cum effectu reponat, & effectivè provisionem adimpleat.

12 In quo ut nullus negligens sit deinceps, hic obiter in proposito unum elegantem referam casum, quem de facto hibui. Vacante beneficio curato merè collativo edictis affixis, duo comparuere oppositores examinandi, uni facta est collatio per sententiam iudicalem, & consequitivè possessio beneficii traditi, alter à sententia appellativa, usus est Regio recursum, & vim fecisse iudicem ordinarium, ut deferat, & reponat, decretum fuit, iudex intimata provisioni respondet, quòd libenter defert appellationi, & reponit omnia postea gesta & attentata. Post aliquod tempus quidam tertius impetravit beneficium prædictum, tanquam Sedi Apostolice reservatum, qui in ejus mensè vacaret; executor Brevis cameralis, acceptata commissione, cum vacuum possessionem beneficii invenerat, & à nemine occupatam, verificatâ narrativâ, & extrajudicialiter procedens, nemine citato, quia non aderat (ut dixi) possessor, possessione beneficii tradidit proviso Apostolico vigore fulgoris, prout est Brevis cameralis. Ille, cui ordinarius contulerat præfatum beneficium, comparuit coram exequutore, dicens, possessionem ab eo datam esse reponendam, ex eo, quia ipse non fuerat citatus, prout debuerat, quis habeat jus ad illud ex collatione ordinarii, & similia, cujus executione appellans invocat Regiam protectionem, adducto processu, me informante, cum cognovissem ex ejus inspectione, & relatione petitionis querelantis, legitimè processisse exequutorem, cum non teneatur aliquem non possessorem citare, nec assumere partes iudicis, nisi aliud in Brevis sit contrarium) juxta ea quæ infra Deo

dante dicenda latius §. p. tom. 3. ) astrictus fui intentius in negotio pensare, & inveni repositionis decretum regale verbaliter tantum fuisse repositum, nulla præmissa actuali executione, & avocatione prius tradita beneficii possessionis, perperam processisse exequutorem Brevis omittentem citationem hujus possessoris, quem omnino perquirere debebat, & ad id assumete tenebatur partes iudicis, ac judicialiter procedere, viriliter defendens, vim fecisse declaratum fuit, seu potius tertium genus decreti, scilicet; que oyendo de nuevo, y citando al querelante y reponiendo, &c. y no lo haziendo la haze, otorgue y roponga, &c.

Et insuper quæro, quod si reposuit partim effectivè partim verò non, an provisioni Regiæ satisfecisse dicatur; & dicendum est quòd non, quia non dicitur factum, ubi aliquid remanet faciendum, l. cum Syllaniâ, in fin. Cod. de his quibus ut indignis, ubi Bald. num. 2. l. si vend. ff. de verbor. significat. cap. 1. de baptismo, c. nihil. 7. quest. 1. nec dicitur actus perfectus, quando partim est factus, partim verò non l. 2. ibi: Quia ipsi animadvertunt aliquid deesse ff. de orig. ar. Hieronym. Gonzal. in regul. de mens. & alter gloss. 63. à n. 24. & adde quæ latius dixi post alios infra, 4. p. c. 1. 4. à n. 52. & à n. 248.

Nec dicitur purgatum, nec repositum attentatum, nisi omnia sint purgata, usque ad unum nummum in pristinum statum facta repositio Achil. de Grass. decis. 17. de restit. spol. Casar. de Grass. decis. 159. n. 4. & 8. p. 1. & decis. 270. p. 2. n. 5. & decis. 171. & decis. 176. p. 3. Put. decis. 56. n. 12. lib. 1. & decis. 298. lib. 2. cum aliis per Lancelot. Robert. de attent. 3. part. cap. fin. n. 78. 85. & 176. & num. 191. quare rectè poterit oppressus iterum recurrere ad tribunal Regium pro secunda jussione, hoc est, sobre carta, ut in totum reponat, & adimpleat provisionem.

Et ulterius quid si iudex semel reposuerit juxta tenorem provisionis effectivè, iterum tamen repositionem revocando, idem fecit attentatum; an necessaria nova sit appellatio, ejus vigore novus ad Regem recursus, an sufficiat ejusdem provisionis secunda jussio. In qua questione, & difficultate resolutivè dico, quòd si ipse iudex statim repositionem revocavit, absque novi articuli cognitione, ut putà; quia sumus in appellatione à sententia diffinitiva, quam violenter appellatione legitima pendente fuerat executus, tunc nullum dubium erit, quòd sufficiet secunda jussio, hoc est, sobre carta, virtute prioris, quia non dicitur factum, quòd non durat factum, idem, §. si actor ff. quod cuiusque universi. nom. l. si pro parte, §. verum, ubi gloss. citat concordantes ff. de in rem vers. l. 3. §. si quis ita, ubi Immol. ff. de hered. institu. Socin. consil. 91. n. 2. vol. 1. Petr. Surd. consil. 145. n. 11. part. 1. nec videtur fecisse quòd parum duravit Joan. Andr. & Panorm. per illum text. in cap. nam & ego, de verbor. signi. ubi gloss. cap. Rayner. Alvar. Martin. Lauden. Cardin. Alexand. & ceteri scribentes post gloss. in cap. 1. §. quin etiam, in verbo non admittantur, tit. Episcop. vel Abbat. pulchrè, & latè Hyppolit. de Marsil. in repetit. l. ult. num. 155. & mult. seqq. ff. de iurisd. omn. judi. & in l. 2. in fin. ff. quibus ex caus. in poss. eatur, facit l. qui sic, ff. de solutio.

Et comprobatur, quòd si quis sit condemnatus ad rei restitutionem, facta semel executione, iterum illi auferatur res, poterit exequutor virtute earumdem exequutorialium, & sententia iterum illi rem restituere, tanquam nondum facta executione, ita tenent Immol. Paulus Castr. Alexand. & alii recentiores, in l. permisceri §. species, ff. de acquir. poss. Paul. Rom. Alexand. & Ill. in l. sed & si possess. ff. de iur. jur. per text. ibi, Castr. in l. Titio centum, in princip. ff. de conditio. & demonstr. Franc. de Areten. in l. si fide juss. §. meminisse, col. fin. ff. de legat. 1. Corneus consil. 59. placet in hac consultatione, col. 1. lib. 3. Bar. & alii citati per Tiraquell. in repet. l. si unquam, ver. suscepit liberos, num. 283. de

de quo nos amplissimè agimus plura hinc inde adducentes infra, 4. p. cap. 14. à n. 217. q. penult. per totam, quare hoc casu sufficere secundam, jussionem dubium non est, omnino concedendam; quia non sufficit defendisse, si defensio non durat, textus in l. 1. §. ait prat. 111. ff. quorum legat. ita inquit eleganter Hippolyt. de Marsill. in l. 2. in fin. ff. quibus caus. in poss. eatur.

21 Si autem isthæ repositionis revocatio proveniat, & descendat à novo articulo, in discursu processus contingente, putà, quando iudex ex juris rationibus resumit causam, vel quia in tribunali datum est tertium genus, vel fortè superior de appellatione cognoscens sibi remisit causam, & similibus; tunc cum semper in novis articulis ejusdem litis pro appellationis delatione sit ad Senatam recurrendum, de novo, novæ querelæ virtute, est iterum inspiciendus processus; quia illum articulum poterit iudex ex variis causarum figuris justificare; ideo nova interpellatione opus est, ita ut secunda jussio omnino deneganda sit, & ita communitè practuratur. Vide quæ nos supra, cap. 2. num. 198. & sursum.

22 Amplius quæri potest, an iudex Ecclesiasticus, ad quem deferre, & reponere inserto decreto Regia provisione dirigitur, an distinctè omnia à se gesta post appellationem legitimum, seu tempus ad appellandum datum, reponere teneatur, etiam ea quæ sibi aliàs licitè juris permissione, & etiam delata appellatione, poterat ipse iudex facere? Et videtur quòd sic, quia provisio indistinctè loquitur, Que reponga lo hecho despues de la appellacion, &c. ergo si quid post eam factum reperitur, debet sub repositione includi, quia oratio indefinita æquipollet universalis, ut vulgare est.

23 Sed contrarium verius esse de jure existimo, ex principiis, & fundamentalibus rationibus hujus cognitionis extrajudicialis per viam recursus, quia ut evidenter apparet, & sæpe diximus hoc capite, & superiori; hanc cognitionem ortam fuisse, & habere locum contra iudicem Ecclesiasticum vexantem, & opprimentem aliquem contra jus, ac contra dispositiones, & decreta canonica, ut ille hac via ad justos juris tramites reducat, quia Princeps in hac re juris minister est, & Judicis superioris: non poterit facere, ut idem reponat, quòd ipse, jure permittente, ac juris dispositione,

24 sibi permittitur, & ut plurimum ad faciliorem causæ expeditionem, etiam appellatione pendente, juxta cap. cum teneamur de appella. quoniam ut sæpe diximus, hac Principis extrajudicialis cognitio limitata est ad solam violentiam dumtaxat, imò in sola violentia habet fundamentum, ut hætenus dixi hoc c. & cap. præcedenti, & in iis, in quibus jure processit iudex Ecclesiasticus, impossibile est, ut violentia reperitur, ut probat expressè nostra lex Regia 36. & ad oculos patet, ergo ea reponenda non sunt. Vide quæ nos probamus 2. p. c. 4. à n. 253. cum seqq.

26 Insuper probatur evidentius, iste Regius recursus non potest, plusquam inhibicio canonica à iudice superiore legitime expedita, operari, tum quia ista statim tollit jurisdictionem inferioris, etiam ubi alias appellatio devolutivum effectum habeat dumtaxat, & causat attentata, cap. non solum, §. fin. autem, de appellatio. l. 6. cum vulgaris, recursus autem nunquam causat attentatum, ut infra diximus latius c. item recursus dirigitur ad juvamen jurisdictionis superioris, ut nihil in ejus præjudicium interim contra jus violenter fiat per inferiorem Ecclesiasticum, latè supra, c. 1. pralud. §. à princ. & pluribus aliis locis, & sic plus influit causa in seipsa, quam in accusato.

29 Sed inhibicio canonica, à superiori emanata non revocat, inficit, nec comprehendit ea, quæ iudex inferior jure permittente facere potest, appellatione pendente, imò & post ipsam inhibitionem possunt licitè per eum geri, ut post Anton. de Butr. & Feder. de Sen. in cons. 93. Salgado de Protect. Reg.

tradit eleganter Franch. in cap. cum teneamur, colum. 4. vers. secundus intellectus, num. 21. de appellatio. subdens rationem, quia inhibicio operatur in iis, quæ sunt contra jus, & appellationem, secus in iis, quæ sunt in favorem, quia ad ea non se extendit inhibicio, sequitur Vestr. in praxi Roma. Cur. lib. 8. cap. 4. n. 7. vers. nec eo minus, pulchrè Lancelot. de attent. 2. p. cap. 20. de attent. post inhibicio. limi. 4. per totam, quos sequitur, & transcribit Scacia de appellatio, q. 3. à num. 34. qui à nu. 20. cum pluribus sequentibus, & Lancelot. ubi proxime, & iterum latius ead. 2. p. cap. 12. de attent. appella. pendente. limi. 4. princ. latissimè congerunt plures casus, qui post appellationem, & inhibitionem canonicam geri possunt per inferiorem, ad faciliorem exitum appellationis, quos omnes per te videre poteris, ergo multò minus poterit provisio Regia similes casus, licitè factos, & non contra jus, nec violenter, comprehendere, quia tunc talis recursus non præsidium innocentia, sed vinculum potius iniquitatis diceretur.

Deinde quia verba, quantumcumque præcisa, recipiunt congruam interpretationem de jure, latè Mieres de majorat. 1. p. q. 10. à num. 153. & ad terminos suæ; 4 potestatis restringuntur ibi à num. 158. atque etiam verba generalia restringunt, ut absurdum evitetur, ipse Mieres d. q. 10. n. 283. & n. 298. & iterum 1. p. qu. 60. à num. 21. & 33. imò verba sententia impropriantur, ut ad intellectum juris reducantur, ipse Mier. d. q. 1. n. 269. quibus locis copiosè agit, & d. q. 60. à n. 9. probat, quòd talis præsumitur voluntas Principis, qualis est legis scriptæ, & naturalis rationis. Bald. in cap. 1. colu. 2. n. 3. apud quem, vel ad quos, & idem Bald. in l. bonorum, C. qui admitti. Innocent. Joan. Andr. & Ant. in cap. dudum, de decimis. Decius conf. 33. n. 14. & consil. 124. n. 4. 38 ergo verba provisionis quantumcumque generalia, debent recipere interpretationem de jure, ne aliàs sequatur absurdum contra naturam rei gestæ, rationem fundamentalem naturalis protectionis, utque non excedat terminos permisso suæ potestatis, ut gesta contra jus & violenter comprehendat, non autem quæ secundum illud & ejus permissione gesta reperiantur.

Deinde quia verbum appositum respiciens plura determinabilia, ea determinat, prout uniuscujusque nature convenit; c. cum dilectus, ubi Cardin. & Abb. de consuetud. cap. olim de rescript. notant Ill. in l. contra majores, n. 10. de inofficiis, test. Simon. de Pract. de interpret. defunct. volum. lib. 2. interpret. 4. dubita 2. solut. 2. nu. 267. fol. 173. Mier. tractatu de majora. 1. p. q. 22. n. 221. qui à num. 220. infinitos penè citat ad limitationem illius regulæ, qua docemur, quòd una determinatio respiciens plura determinabilia, ut omnia debeat pariformiter determinare, ut scilicet, procedat, quando in omnibus eadem est ratio determinandi; igitur verba generalia nostræ provisionis Regiæ, scilicet; Reponga lo hecho despues de la appellacion, &c. licet respiciat illicita, & violenter gesta, atque etiam permittita, & justè facta, quæ sunt diversæ naturæ, & rationis, circa illa operentur, non autem circa hæc.

Et post hæc scripta in terminis nostris hanc questionem terigisse reperi Caned. in collect. ad decretal. collecta 17. in fin. ubi ponit casum, postquam iudici Ecclesiastico intimata fuit provisio, an possit taxare expensas, in quibus appellantem in sententia, à qua appellavit, condemnaverat; qui quidem dicit, pro resolutione recurrendum esse ad Capel. Tholof. decis. 465. Felin. cons. 13. n. 2. Marant. de ordin. judic. 6. p. §. quandoque appellatur, n. 197. Ant. Gabr. l. 3. communi. opini. tit. regul. jur. concl. 3. n. 54. Guid. Papæ sing. 349. latissimè Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 11. per totum, qui quidem tractant, quando licitum est iudici procedere ad ea, quæ tendunt in exitum appellationis, etiam ipsa pendente, de quibus nos hætenus; ergo manifestè sentit ipse Caned. ut iudex scilicet, stante provisione Regia,